

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Geo-hydrographia s. orbis terrarum descriptio - Cod. Ettenheim-Münster 111-116**

Gallia seu Francia - Ettenheim-Münster 112

**Cartier, Gallus**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Caput IV.

[urn:nbn:de:bsz:31-111144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-111144)

2<sup>o</sup>. Grandis Mons, seu Grandi-Montium (Grand-Mont; seu Grammont;) exigua Civitas, sex miliaribus à Quæretō distant, posita supra montem frigidum et sterilem, qui nomen dedit celebri Abbacia, qua Caput est Ordinis grandimontensis à S. Stephano de Thierm seu Tiers Nobili Albroniensi an. 1076. prope Muratum montem in Lemovicensi provincia fundatum, unde et ipse Stephanus de Murato cognominatus est. Eo vitâ funtō Discipuli ipsius corpus ipsius hinc ad Grandem Montem translaverunt ibique domicilium fecerunt, unde hujus montis nomen postea toti Ordini attributum fuit, ipsaque Ordo Grandimontensis, Religiosi vero Monachi grandimontenses, nuncupati. Mons iste, ut jam dictum, tristis est, frigidus, et sterilis, nebulisq; et ventis expositus, in quo quidem multi lapides, arbores vero nulla inveniuntur, nisi nec quidquam eorum, qua ad vitam sustentandam sunt necessaria, attamen sub eo occurrunt quodam vinea, prata, horti, arbores frutifera, et alia quaedam ad cultum apta loca.

Ceterum desertum est ad eremiticam et penitentem vitam agendam vel maxime idoneum; qui hinc sunt Monachi, in humis vivunt austeritate.

Ordo iste usque ad an. 1538. novissimi Friores habuit pro Superioribus; eo autem anno Wilhelmus Bellierius (Bellieri;) primus abbas à Nicolao Cardinali Ostiensi consecratus est. Abbacia ista immediate Summo Sedi subiecta est, et quia Caput Ordinis est, in Concordatis an. 1516. Bononia Leonem Bagram X. inter et Franciscum I. Francie Regem inter à Regia nominatione sacenta fuit.

Principum et aliorum Nobilium Virorum munificentia varias hinc petrauit familias, à quibus parva civitas facta est, atque montis ipsius seu Monasterii nomine vocata. In eâ an. 1527. Marcus Antonius Muratus, Orator calabris, qui in latinâ lingua miram styli puritatem et elegantiam adeptus fuit, natus perhibetur; ac in provinta satis stata Roma vitam posuit.

48. 2005.

Caput Sextum IV.  
De Britannia Minori seu  
Armorica

Britannia Minor (Britagne;) tum propter amplitudinem, tum propter ubiq; venustatem, tum ingentem insularum multitudinem, tum denique propter opulentiam suam, et quam sitis mediante commercio etiam aliarum regionum divitiarum participem efficit, una ex precipuis totius Græciæ provinciis posita est ad partem Oceani seu Maris Atlantici occidentalem, estq; peninsula

undique mari circumdata, si eam partem accipias, quae versus  
Orientem Andragavia et Agro Cimonanensi, et ad Euronotum  
Nortmannia, necnon ad Euro-Aquilonemque Britania con-  
finis est. Ejus maxima longitudo ab Oriente ad Occi-  
dentem est circiter 60. miliarium: ejus latitudo autem,  
propter varias terra linguas in mare excurrentes et littorum  
linas admodum est inequalis; maxima est à Narseto  
[: Nantes:] Sannaclorium[: S. Mals:] usque, et 45. miliaria cir-  
citer efficit.

Anno Urbis condita 695. Julius Caesar hanc provinciam sub-  
egit, eaque sub Romanorum potestate et imperio mansit,  
donec Maximus Tyrannus suentis in Angliā an. 382. Impe-  
ratoris titulo et insignibus Romano cognomento Merobae  
Belidui et vicario suo permisit, ut illam in Regnum erige-  
ret.

Ad distinctionem Magna Britannia, qua Angliam et  
Scotiam comprehendit, Britannia Minor vocatur, quod  
nomen à Britannis accepit, qui circa medium saeculi V.  
ab Anglo-Saxonibus patria sua ejeti in Galliam transfe-  
runt, atque postquam in ea aliquandiu huc illucque  
vagati fuissent, tandem in illa plaga, qua Armorica di-  
cebatur, resederunt, eamque sibi subjecerunt. Anti-  
quum ergo et proprium hujus provinciae nomen Armorica, hui-  
usmodi quidam à veteribus sumpserunt, Armorica est, Celti-  
cum nomen, quod idem significat ac prope Mare; unde Bri-  
tanni, apud quos Celtica seu vetus Gallica lingua in usu est,  
Mare ipsum Ar-Mor nunciant. Gregorius Turonensis,  
qui sub finem saeculi VI. scripsit, lib. 5. hist. Franc. primum  
Britannia nomen usurpat.

Britanni igitur huius summi imperio aliquanto tempore do-  
minati sunt; at ubi Franci sub Childerico Clodovai pa-  
tre Britannia vicinas Romanorum urbes occupassent, tunc  
Britanni ab illis ut potè potentioribus et fortioribus leges  
accipere coacti fuerunt, ipsorumque leges, depositò Regis, Co-  
mitum duntaxat titulo contenti esse debuerunt. Suc-  
cessu temporis cum Francorum iugo speciales Prin-  
cipes haberent, qui sub Ducum titulo ipsi imperarunt  
usque ad obitum Francisci II. cuius filia Anna ipsius he-  
res unica, cum prius Imperatori Maximiliano I. despon-  
sata fuisset, eidem renuntiare adacta primum Carolo  
VIII. dein eo demotuo Ludovico XII. Franciae legibus  
nupsit, atque Britannia Ducatum Corona adiunxit.

Hae provinciae dividitur in Superiorem, qua Orientalis  
est, et Inferiorem, qua Occidentalis est; Superioris inole-  
linguà Francicā utuntur, Inferioris verò Britannicā,

que lingua Materat primigenia atque una ex vetustissimis  
apud dignositate, ut quam, si doctissimi Antiquarii fides,  
Celta Gadi, qui primi et antiquissimi hujus Regionis po-  
puli fuerunt, non statim post diluuium ad eam appulisse  
dicuntur, locuti sint.

q. nonon Salind,

Hae provincia gaudet temperato aere, qui tamen prope  
Mare densior est et humidior. Illius fertilitas consistit  
in frumento, Cannabe, Lute, et vino sed modico et tenui;  
item in pinguibus pascuis, unde amplas habet pecorum et  
equorum pecunias. Varia etiam adfuit feni et plum-  
bi fodina, q. plus, etiam numerat portus Maris. Inter  
flumina, quae illam proflunt, Ligeris tantum et Vilona  
sive Viconomia, Viconomia, Vidona, Vindona, aut Herius,  
[La Vilaine:] navigia sustinent. Ipsa vero planities  
et montibus intermixta. In parte inferiori magis mon-  
torum est. Ipsius Sylvarum arbores sunt communiter Fagi,  
Quercus, Castanea, p. Caeterum incola illius egregii  
sunt Navigatores, et quamvis quodammodo plumbei et sub-  
insulsi videantur, attamen nec dexteritas, nec intelligen-  
tia ipsos deficit, praesertim quantum ad commercium.

Universim in novem Dioeceses distribuitur, quorum  
quinque Superiorem illius partem, et quatuor inferiorem  
occupant. ad eam quoque spectant aliquot insulae ipsi vici-  
nae. Primis igitur hae quinque Superioris Britanniae  
Dioeceses expendimus, post quatuor inferioris, ac deni-  
que insulas ipsas.

49. 2007p.

§. I.

### De Episcopatu seu Dioecesi Aedonensi.

Episcopatus iste inter antiquissimos Britanniae Episco-  
patus recensetur. Ajunt S. Moderanum, qui Saule III. vixit,  
primum huc fuisse Antistitem. Ipsius Successores Britan-  
niae Principes coronandi jus sibi deberi contenderunt, et se ipsi  
jura hujus superant exempla.

Nomen habet à Rhedonibus populis, qui olim inter Armo-  
ricos celeberrimi fuerunt. Superioris provinciae partem  
ita occupat, ut via Maris hinciat viciniam.

Solum ipsius Klivis, Zee, avena, et frumenti Saraceni  
ferax est, quae tamen plerumque in ipsa Dioecesi consumun-  
tur. Hic etiam aluntur quamplurimum vaccae, ex quarum  
lacte emellens butyrum praeparatur, quorum frequens nego-  
tatio Parisios usque exoritur. Adunt etiam apifera  
linteri, in quo vela conficiuntur, item filii ad vendendum,  
quod variis tingitur coloribus; nonon manicarum, tibialium,  
p. in filo. Hic solum notatur Vitis

Rhedones seu Aedones, Aedona, valatiam Civitas Rhedonem

(Remes) totius Britannia seu Armorica (agut. Superioris  
 eius partis medium formam occupat pauli versus Orientem.  
 Eam Vilona (Vilaine) perficit atque in duas partes, distri-  
 buit; tribus pontibus instructa est, quorum praecipuus  
 pons novus vocatur, atque Superiorem Civitatis partem inferiori  
 coniungit. Suburbia habet seipso ampliora. Plateae  
 ejus plerumque sunt immunda, eo quod angusta sint, do-  
 mus vero praecaltae, quae proinde impediunt ne à Sole lucen-  
 tur. An. 1720. magnus incendio, quo 850. aedes in fumum  
 abiisse, devastatae sunt.

Episcopus illius Archiepiscopo Turonensi subijctus. Prae-  
 ter Ecclesiam Cathedrali S. Petro dicatam adhuc tres  
 aliae numerantur Collegiatae Ecclesiae, duo Ordinis S. Be-  
 nedicti Monasteria, unum virorum, quod S. Melanii  
 (S. Melaine) alterum Monialium, quod S. Georgii nun-  
 cupatur. Adest etiam magnificentissimum Seminarium Colle-  
 gium ab Henrico IV. fundatum; ejus Ecclesia methodo Ita-  
 licâ constructa illius transeuntium meretur attentionem.

Admiris hic Satyrâ à Marbodo, qui saeculo XI. hic fuit  
 Episcopus contra hanc Civitatem editam.

Urbs Radonis, spoliata bonis, viduata colonis,  
 plena dolis, odiosa polis, sine lumine solis,  
 In tenebris vaecat illic ebri, gaudetque latebris,  
 Desideriam putat egregiam spernitque Sophiam.  
 Causidicos per falsidicos absolvit iniquos,  
 Veridicos et pacificos condemnat amicos.

\* sine lumine solis  
 eam dicit, quod  
 aedes ejus in publi-  
 me posita. Solis  
 radios arceant,  
 ... ne vicus illius illu-  
 trent.

Subitamus vehementer, an haec seve-ri Satyrâ tibi suorum  
 Divesanorum observantiam et amorem aliquem conciliavit,  
 etsi quidam suspicentur eum hos versus edidisse, antequam  
 Radonis Infulam adeptus fuisset.

§. II.

2200, 50.

De Episcopatu Nannetensi.

Diocesis seu Episcopatus Nannetensis (Le Diocèse de  
 Nantes seu le Nantois) etiam Comitatus nomen habet;  
 Ligeris eum in duas partes dividit. Pars ejus dextra  
 seu Septentrionalis olim suos Comites habuit, et jam à  
 multis saeculis Britannia adjecta est: pars vero leva  
 et Meridionalis antiquitus ab Aquitaniâ pendebat.

In eo sunt duae Salinae; adnunt etiam pasua et Agri-  
 nationes pecorum et armentorum, ex quibus provincia  
 ipsa non vulgarem questum facit: profert etiam fu-  
 mentum et vinum. In eo notatur Urbs

Nannetum, Nanneta, Nannetodunum, Condivineum,  
 itam Civitas Nannetum, et Civitas Nannetia, Nam-

nates, et Nanneta (Nantes) primaria Diocesis civitas, ipsiusque Caput, quae et ei nomen tribuit, ad Icteram Ligeris, quae ipsi portus locus est, et in quam Andronus (Andra) influunt, dici minus à Masi itinere Sub 17. gr. 57. min. longit. et 47. gr. 3. min. latit. ad negotiationem commode sita, unde et frequentissimum protestantissimumque in exteras terras et regiones Americam usque commercium exercet, unde quotannis plures ad eam appellant galeas aliarumque nationum naves, quae varias pecunias asportant: verbo, praecipuum fons totius Franciae Emporium esse videtur.

Quidam Scriptores contendunt Urbem hanc jam 1253. annis ante Christum à quodam ex Noë posteris, cui nomen Nantez, conditam fuisse; alii dicunt, quod Nannes Gallorum Rex eam circa annum mundi 2715. extruxit: ut haec fabulosa esse omnino videntur; id pro certo, eam scilicet vetustissimam esse, cuius Strabo, Caesar, Plinius et Ptolemaeus meminerunt.

Ampla satis est, et convallata, fossisque profundissimis ac quibusdam propugnaculis munita, una cum Arce, à qua defenditur. Quatuor sunt eius Suburbia, quae illam amplitudine superant. Aliquot abhinc annis hic Linteii xylini Opificium erectum fuit, quod semper magis proficit.

Anno 1598. in gratiam Calvinistarum seu Hugonotorum Edictum in hac Civitate promulgari fecit Henricus IV. quocumque liberum et publicum Religionis exercitium certis in diebus locis et urbibus permittatur, quod licet Ludovicus XIII. annis 1610. et 1615. confirmavit, atque velut legem perpetuam haberi debere declaravit, Ludovicus XIV. quoque filius eius et haec an. 1643. id ratum firmumque habuerit; nihilominus Hugonoti subinde contra Edicti istius tenorem in suo Religionis exercitio turbati fieri et vexati, donec an. 1685. mense octobri ab eodem Rege Ludovico XIV. omnino revocatum et antiquatum fuit, omnisque, praeter Catholicam, Religionis exercitium toto Regno interdictum. Tum Hugonotorum pars Catholicam Religionem amplexa est; pars multa Calvinismo adhuc adherent; pars vero, saepe plurima, ad exteras Protestantium regiones praecipue Germanicas se recepit.

Huius Urbis Episcopus est Suffraganeus Archiepiscopi Turonensis. Traditio est S. Clarum circa an. Chr. 277. primum hic fuisse Antistitem à S. Gatiano Turonensi Episcopo huc missum. Id saltem pro certo tenemus, Nannechium huius Civitatis Episcopum an. 468. auidam Romanis interfuisse Concilio.

10

Ecclesia Cathedralis S. Petri consecrata est, cujus funda-  
menta Constantini Magni statim jacta memorantur, sta-  
tit ea usque ad Clotarium Coborsii filium; tum enim am-  
plior adificari coepit ab Emmelio hujus Urbis Antistite,  
quam S. Felix ejus Successor an. 568. perfecit.

Proter eam adhuc alia huc numerantur Collegiata Ecle-  
sia, pluresque Parochiales; octo Abbatis, p.

Adest etiam Universitas à Pio Papa II. ad instantiam  
Francisci II. ultimi Britannia. Ducis an. 1460. funda-  
ta et creata.

Varia etiam huc habita Coniilia memorantur, ut an.  
658. sub Vitaliano Papa. an. 1127. sub Honorio II. an.  
1253. seu 1264. in quod inter alia Clericis interdicta fuit  
venatio.

### §. III.

#### De Diocesi Maeloviensi.

51.

Diocesis seu Episcopatus Maeloviensis | Le Diocèse de  
S. Malo | ad partem Superioris Britannia Septentrionalem situs,  
frumenti, fructuum, et pecorum, è quorum negotiatione haud  
vulgare compendium trahitur, dives est. In eo notatur

S. Maelovii Ganum, Maelovium, Maelopolis, Aleta.  
Maelovia | S. Malo | Caput Diocesis, cui et nomen tribuit,  
celebrisque Maris Portus. Sita est haec urbs in Insula seu  
Peninsula, qua angustâ terra lingua continenti iungi-  
tur, 4. miliaribus à Dola | Dol | sub 48. gr. 13. min. lon-  
git. et 48. gr. 34. min. latit.

Originem suam debet Monasterio Canonorum Regulari-  
um S. Augustini, quod S. Vincentii dicitur, in quod Joan-  
nes de Clathris | Jean de la grille | an. 1149. ab Alato seu Ale-  
ta | Aleth | Urbe Seidem Episcopalem transtulit, atque à pa-  
trono Aletensis Ecclesiae S. Maelovii Urbis S. Maelovii Ga-  
num seu Maelovium, vel etiam Aleta Maelovia dein-  
ceps appellata est, cum prius Insula Aaronis diceretur.  
Aletum vero seu Aleta olim Urbs erat, cujus ruinae quadam  
Superant adhuc, miliaribus à Maelovio seu Insula Aaronis  
distant, necnon ad mare posita.

Episcopus Maeloviensis Suffraganeus est Archiepiscopi  
Turonensis, Civitatisque etiam in civilibus Dominatus.  
Olim Cathedralis Ecclesiae, qua S. Vincentio dicata est, Ca-  
pitulum constituebant Canonici Regulares S. Augustini  
è S. Victoris Parisiensis Monasterio huc acciti; at an. 1320.  
Canonici Sculares facti sunt.

Urbs haec suis haud caret propugnaculis, molisque illius ca-  
put occupat Axa munitissima, cui milites sunt praesidio,  
cum cives urbem custodiunt. Ipsiis portus amplus est  
caelebris ac summa frequentatus, quamvis propter circumjacen-  
tes rupes aditu difficilis: in tamen hanc officit, quin quot  
annis ceterae nationes commercii gratia huc sua navigia

ingenti numero mittant. Singulis annis ultra centum Anglica  
naves ad eum appellunt, quod ab Anglia portibus haud longe ab-  
sit. Hollandorum negotiatio haud pari vivacitate hic ex-  
eratur. At Hispanica negotiatio Maeloviensibus commodissi-  
ma simul et quaestuosissima est: ejus commercium praeci-  
pue consistit in linteis, quod ab omnibus Regni Franciae  
provinciis, in quibus confici solet, huc transportatur; in pi-  
leis castoreis, panno attalatico Lugdunensi et Turonensi,  
textili argenteo et auro; panno laneo Achemensi et Am-  
bianò.

Maelovienses expertissimi sunt navigatores, ad bellum  
aque ac commercium comparatissimi ut et ad longi iti-  
naris navigationem. Belli tempore strenue et agre-  
gie piraticam exercere norunt, hostibusque magna tem-  
per inferunt damna, unde praeteritis bellis hostium ani-  
mos adeo in se conitauerunt, ut in illorum praesentem conjuratione  
visi sint, atque senel et iterum urbem ignavis olis in-  
festarent, ac penitus destrueri conati sint; praesertim an-  
tem an. 1695. quo Angli eam adorti inter alios quampluri-  
mos ignivomos bolos miram quandam machinam igneam  
in illam injecere, cujus disruptione pauci admodum ades in-  
dignes relictae sunt, caeque ratione tactis munita, ut haec  
extra urbem velut avolasse viderentur.

Ajunt Scriptorum quidam etiamnum Galli, in hac civita-  
te certum quendam Molosporum numerum salique duodecim  
numerant; alii et senari, qui ita condore facti sunt, ut ad  
campana cujusdam pulsuum non modo propugnacula qua-  
vis, omnesque viros perquirant et obambulent, verum eti-  
am quemque obvium discerpent; unde post hujus campana  
pulsuum nemo domo sua egredi audeat. An id fabula sit  
neve Nos ignoramus; id dubitanat certum est, quod post  
datum campana cujusdam lignum nemo a se sua egredi  
audeat, nisi custodia mandari malit.

52. 2701

§. IV.

#### De Diocesi Dolensi.

Diocesis seu Episcopatus Dolensis: L'Evêché ou le Dio-  
cese de Dol: situs est ad confinia Normanniae, et ~~totum~~  
omnium Britanniae Episcopatum minimum, quippe qui  
ambitu suo quinque miliaria haud excedat. Cannabi,  
ex quo ut plurimum conficitur linteum, frumentis, frui-  
tibus, ex quibus piraticum exprimitur, dives est. Incolis  
commoda est Maelovii vicinia, ut quo ea, quae solum  
iporum profert, deferant, vendantque. In eo sola  
numeratur Civitas

Dola, seu Dolum, vel etiam Urbs Dolensis: Dol: loco  
paludoso interius à Mari miliaribus colorata. Intra  
nomini Castellum erat, cui Monasterium adjectum fuit,



paulatim dein ibidem multa aedes erectae fuerunt, quae tandem civitatem effecerunt. Eisdem Episcopus Dominatum unum titulo Comitum. Exigua est, et propter paludes, quibus circumgitur, insalubris, paucisque admodum Cives numerat. Episcopus illius Archiepiscopo Turonensi subiectus est ab anno 1199. ex sententia Innocentii Papa III. cum antea ipsius Detrectasset imperium: caterorum tamen huius Metropolitanorum Suffraganeorum primus est. ex privilegio Bonifacii VIII. anno 1299. concessio; ei quoque concessa est ut Archiepiscopus profectus ex privilegio Alexandri VI. an. 1492. dato. Primus huius Civitatis Episcopus censetur fuisse Samson, qui saeculo VI. floruit, atque an. 589. adhuc superstit.

S.V.

1800. 53.

De Diocesi Briocensi.

Diocesis seu Episcopatus Briocensis | Le Diocese de S. Brien seu Briene vel Briem. | Situm habet in parte Septentrionali Britanniae Superioris ad occidentem Lota in confinis Britanniae Inferioris. Invenitur, ubi bursaque arboribus, à quarum fructibus hydromelium paratur, dives. In ea etiam tres Ustrina numerantur. Commercium ipsius consistit in linteis et filis; linteum Mercatores Maclovienses Gades deferunt. Occurrit Uls

Tanum S. Brioci, seu Briocense Oppidum | S. Brien, seu S. Briene, vel S. Briens. | Caput Diocesis. Nomen habet à Monasterio, quod in honorem S. Brioci hoc loco fundatum est. Sanctus vir iste à Magna Britannia, unde oriundus ac Episcopus consecratus ibidem fuerat, solvens, et ad regionem hanc saeculo VII. appulsus, illius Apostolus diuenerit. In eo Monasterio postmodum nempè an. 844. Numerosus Britannia Princeps Sedem Episcopalem constituit.

Uls ista initio nonnisi pagus fuit Bignaus | Bignae. | dictus, qui dein in urbem euevit ac Monasterii nomen assumpsit, Sedesque factus est Episcopi. Loco montibus circumdato posita est, qui si Maris prospectum ardent, quamvis ultra mediam leuam ab ipso non distet, ubi et unquam postum efformat.

Ecclesiae ejus, fora, et plateae praesentia sunt et venusta. Cum nec fossas nec muros haberet, Suburbis suis iuncta est. Illius Episcopus Suffraganeus est Archiepiscopi Turonensis.

Civitas haec ortum dedit celeberrimo Jurisconsulto Francisco Duareno, qui Biturigis publice Jus docuit, ibique mortalitatem euit anno 1559. aetatis sua anno quinquagesimo.

## De Diocesi Treorienti.

Diocesis seu Episcopatus Treorientis: Le Diocèse de Tre-  
quier: ad partem septentrionalem Inferioris Britanniae  
versus Diocesim Briocensem, quo ei est orientalis, litum  
habet. Fera peninsulam efficit, ambitusque suo totum  
Maris litus à Morlaeo: Morlaix: flumine ad Briocense  
Oppidum usque occupat.

Ejus commercium permixtum est, eique peritile Epo-  
nim negotiatio hic praecipua est. Invenitur etiam  
abundat, quo Brestia: Breste: Apothecis et Marloven-  
sium navigiis providetur. Cannabis quoque, linum,  
et papyrus, cujus magna copia in Angliam transvehitur,  
eidem magno sunt emolumento. Notatur hic Urbs

Treorientum, seu Treorientium Civitas: Trequier: in In-  
sula, qua olim Treor nuncupabatur, à Numenajo Bri-  
tanniae Principe an. 836. edificata, et ab ipsius Insula  
nomine Treorientum dicta. Eiqueum habet portum.  
Illius Episcopus eidem sub titulo Comitis Dominatur, est-  
que Archiepiscopi Turonensis Suffraganeus.

Quo anno hic Sedes Episcopalis erecta fuerit, incertum  
est: volunt aliqui id Saeculo X. factum fuisse, postquam hili-  
cet S. Robertus: S. Rabriual: Monasterium, in quo  
Numenajus eam prius fundaverat, à Barbaris devastatum  
fisset.

## De Diocesi S. Pauli Leonini.

Diocesis seu Episcopatus iste, quem Galli S. Pauli seu S. Pol  
de Leon nuncupant, litum habet in extrema parte Britan-  
nia partim versus Septentrionem partim versus Occidentem,  
paucis infra laram Treorientis Diocesis, totumque Maris  
litus à navali Brestia usque ad Morlaum flumen oc-  
cupat.

Provincia haec seu Diocesis praecipuis Britannica Barona-  
tibus annumeratur, cuius Domini Vice Comites appellantur  
et communiter Principes. Illius possessores jam à longo  
tempore sunt Dues seu Principes Rohani: Les Princes  
de Rohan: qui propter aequa jura potuerunt in Britannia  
Comitis alternatim cum Tremoli Duce Barone de Vitro:  
Le Duc de la Tremouille Baron de Vitre: praesidendi. A-  
currit hic

1.º Legio. seu Leona, vel S. Pauli Leonini Ganum: S. Paul de Leon:  
Caput Diocesis ad Britanniae litus septentrionale collocata, fundata  
Saeculo VI. à S. Paulo Aureliano, qui et primus illius fuit Episcopus,  
unde et ex illius et provinciae nominibus Ganum S. Pauli Leonini  
dicta est, fuitque Sedes Episcopalis Occidentum inter Armoricos  
populos calaberrimorum; unde etiam Civitas Occidentum dicta  
et item Medunam vocata fuit.

Licit Princeps Rohani tota provincia Dominetur, ab ipso  
 tamen imperio excepta est haec civitas, quae solius epis-  
 copi sui jurisdictionem in Civilibus ac in Ecclesiasticis agnos-  
 cit. Alias tenuis nota urbem portus Maris Rosofius | Ros-  
 cof: | haud procul ab ea distans, quique si valit Suburbii loco esse  
 videtur, aliquando celeberrimam efficit. In ea natus per-  
 hibetur Eginardus Baro celebris Jure Consultus, qui sum-  
 ma cum laude Biturigis Jus docuit, ibique vitam posuit 22.  
 Aug. an. 859. annos natus 55. ab illo habemus Commenta-  
 rium in Institutiones Justiniani, p.

2. Brestia, Brestium, Brivates, et Brivata portus | Brest |  
 Urbis cum publicanis et tutissimae totius Franciae portus, sita  
 ad Britanniae Littus Occidentale quatuor miliaribus a S. Mat-  
 thaeo in finibus terra | S. Mahé, vel S. Mahen, et S. Matthieu  
 fin de terra: | quod est promontorium Monasterium Benedi-  
 ctinum continens vobisissimum, ut quod jam an. 555. hoc loco  
 statuisse dicitur, videlicet a Monte Relanote seu Morlaix  
 urbe | Morlaix: | et duobus a Corisopito seu Combia | duin-  
 par: | Sub 16. gr. 51. min. long. et 47. gr. 41. min. latit.

Quidam arbitrantur, quod Portus iste sit veterum Bri-  
 vates portus; alii autem putant, quod Gesoribata seu Gero-  
 brivata nuncupatus fuerit; at communis opinio est cum  
 haud antiquum esse, atque primum ab eo tempore notum,  
 quo Britannia Franciae demum adjuncta fuit.

Urbis pars est, ejusque platea angusta. Si supra ripam  
 incidat Castrorum versus mare vel maximam partem, et  
 versus continentem longam fossam et quibusdam propugnacu-  
 lis munitam; in eo numerorum est praesidium. Portus

urbem inter et Suburbium, quod Reuverantia | Reoverance: |  
 dicitur, atque hanc amplitudine dimidiam Urbis partem aequat,  
 positus est. E regione Castrorum turris est, quae ex hac parte por-  
 tus ingressum tuetur, portum ipsum vero bina locula pote-  
 quant, et apotheca circumdant, in quibus omnia continen-  
 tur, quae ad instruendas naves bellicas requiruntur. In eo

usque 500. navigia in anchoris commode possunt consistere,  
 aditus vero propter saxa sub aquis recondita difficilis, ac  
 praeterea angustus est, unde et guttur | gonlet: | nuncupa-  
 tur. Cum hujus Urbis mole rei nauticae sint exple-  
 tissimi pleraque naves hic constare solent. Hic etiam

quamplurimi Strombi et Viebiae capiuntur, qui pisces saliti  
 et aliquot doliorum milibus inebri in Hispaniam, Portugal-  
 liam, Britanniam, et ad Mare Mediterraneum transferun-  
 tur. Demum magnificas hic habent aedes. Adest etiam

Carmelitarum Discalceatorum Conventus. Ecclesia quoque  
 B. V. Mariae de Reuverantia | de Reoverance: | spaciota est  
 et a fidelibus multum frequentata.

Ludovicus XV. Armamentarium hic extruere curavit,  
 cui Santolius Canonius Regularis S. Victoris Parisiis | San-  
 teuil: | celebris Pauli patris Boëta hanc Inscriptionem  
 affixit adulatoris:

\* nunc ab ea et tota  
 Francia pulsi.

Quae pelago se se axe aperit metulenda Britanno,  
 Cassibus armanibus, omniq[ue] accomoda bello,  
 Bradonum terror, Franciis tutala carinis,  
 Et tunc regni caumbria, Jovis hospitia Martis,  
 Magni opus est Lodvici. Hunc omnes omnibus undis  
 Agnosant venti Dominum, et maria alta tremiscant.

§. VIII.

55. 2007.

De Diocesi Cornubensi seu  
 Corisopitensi.

Diocesis haec seu Episcopatus, quem Galli Le Diocèse de  
 Quimper nuncupant, ad Meridiem Episcopatus S. Pauli  
 Leonini, et iuxta latus Britannicum partim meridio-  
 nale partim occidentale litem habet. In eo notatur  
 Corentinopolis, seu Cornubia, et Corisopitum: Quimper,  
 et Quimper-Corentin. Caput Diocesis sedesque Episcopi  
 Turonensis Archiepiscopi Suffraganei, qui eadem etiam in  
 Civilibus imperat et dominatur. Sita est haec urbs ad  
 confluentem Odra: Oder: et Benaldeti: Benardet: flu-  
 viorum in plagâ Britanniae meridionali ad laram Ve-  
 netiarum: Vannes: cui occidentalis est.

Nomen Quimper seu Kimper, quod Galli eam insigniunt,  
 lingua Britannicâ locum muris cinctum significat. Hu-  
 jus nominis et urbis eo designata nullam ante tempora  
 S. Corentini primi illius Episcopi, cujus et nomen ipsa af-  
 sumit, in antiquitate apparet vestigium. Quidam  
 arbitratur sanctum hunc virum à S. Martino Turonensi  
 Antistite et totius Britanniae Metropolitanò, qui circa  
 an. Dni 397. in caelos abiit, huc Episcopum conservatum  
 fuisse. Alii vero dicunt eum sub regnò Dagoberti  
 circa an. 630. primum floruisse.

Urbs haec magna est optimeque adificata, necnon haud  
 vulgari negotiatione celebris. Odra ibidem Benardetum  
 in se recipit, qui muros civitatis circumfluens eam velut  
 in insulâ constituit. Maris auspicio magna navigia  
 seum adducit in ejus portum, qui eo loco est, ubi memora-  
 ti bini fluvii conflunt, scilicet in illius suburbio, cui  
 Terra Duis: La Terre du Duis: nomen, quod amplum est  
 sedesque praedivitem Mercatorum. Olim Comites huc do-  
 minabantur. Berroepi etiam huc majoris nota et no-  
 biles viri à Rege relegantur.

57. 2219

§. IX.

De Diocesi Venetorum.

Diocesis haec seu Episcopatus: Le Diocèse de Vannes: oram  
 Britanniae Septentrionalem et Diocesis Corisopitensis du-  
 teram occupat; litemque ejus ad negotiationem commo-  
 dus est. Tres portus numerat, ad quos Gymbra facile pos-  
 sunt appellere. Maxima in eo exercetur frumenti  
 negotiatio, quod solum ejus producit atque Levi latis pre-

tis haberi potest: communiter neque 6000. cuparum, fœcis et 9000. Adris conferuntur, qua Sebastianopolim, in Portu- galiam, ad littora Vasconia, Bajonam, Burdegalem, et Rupellam tranvehuntur. Hic notantur

1<sup>o</sup> Venetia seu Vindona | Vannes seu Vennes: | Sita est hæc Urbs 20. miliaribus à Namneto versus Eux-aquilonem Masem, 22. à Corisopito, et 2. à Mari, quod huius ope alvei, quod Morbihanum | Morbihan: | dicitur, atque latus est. Riuus, cuiusdam et recessum suum habet. ~~Latitudo 12. miliaribus~~

Nomen suum habet à Venetis, qui, prout quorundam est opinio, Julii Caesaris ætate inter Gallos populos celeberrimi atque, ut ipse lib. 3. de Bell. Gal. memorat, in mari potentes erant. Ipsius vero vetus nomen Dariorigum fuisse colligi videtur ex Ptolomæo, qui Geogr. lib. 2. c. 8. Occidentale, inquit, autem littorale latus sub Orismis tenent Veneti, quorum civitas Dariorigum.

At alii contendunt Casarem cit. loc. nihil de hac urbe meminisse, quippe apud quem vox Civitas non urbem duntaxat, sed plagam, ditionem, territorium, et regionem significat; atque eodem sensu intelligi debere Ptolomæum volunt, cum de Venetorum Civitate loquitur. Quidquid eâ de re sit, certum est urbem hanc à Venetis populis fundatam, aut saltem ab iis nomen habere; à quibus etiam, quod verisimile esse ait Strabo, Veneti celeberrimi Italiae populi fortè orti sunt.

alias etiam urbs ista Civitas Venetum, Civitas Venetica, et Dariorigum Venetorum dicta est. Ubi Britanni in Armorica consedere, urbem hanc intactam reliquerunt, veteribus Romanis seu Gallis incolis servata est; postea in Francorum potestatem devenit, cum Luliet hanc Gallicam plagam occuparunt: primum an. 577. Varonis | Varo: | Britannorum Princeps eam Gontrans uni ex Gallicis Regibus eripuit. Anno autem 793. à Pipino occupatam fuisse memorat Eginhardus in Annal.

in cuius posterorum potestate permansit usque ad Numeronem Britannorum Princepem, qui eam una cum Namneto et Redonibus sibi subiecit. Urbs hæc olim à Principibus suis ad Comitatus dignitatem elevata fuit. Illius exiguus est ambitus, platea angusta, si eam enipias per quam à portâ, qua mari vicina est, ad Urbis portorium patet via, et illam, qua itur ad Eulexiam Cathedralem: populosissima tamen est. Ex una parte duo rivus eam alunt, qui ibidem confluentes illius Portum continentis quamplurimis 200. cuparum navibus seu cymbis aptum efficiunt. Portus hic medius est inter duos alios minores, quorum unus in eâ parte est, qua Capuvinorum conventui vicina est, quamque Navigatores inco-

\* Eginhardus seu Einhardus sæculi IX. Scriptor celebris, Caroli Magni à Commentariis, seu, ut ajunt, illius Secretarius, supremus ædificiorum palatii Aquisgranensis Inspector; varolique gener, ut qui Emmam illius filiam uxorem habuit. Eâ demortuâ Monachum induit, ac primum Monasterii Gandavensis, deinde

Gontenabensis Abbas, de-  
 mium Seligstadtæ catue-  
 to Monasterio ei prese-  
 dit, in eoque dicitur su-  
 premum obit se sepel-  
 tus est. Quando obierit,  
 incertum est. an. 848.  
 Concilio Moguntinæ in-  
 terfuit, et brevi post  
 vitam posuit: saltem  
 an. 856. hanc amplius  
 superstit, hoc enim anno  
 Rabanus Maurus, qui ejus  
 fuit epitaphium, mor-  
 tuus, perhibetur.

\*

propriè alterum satranæi Mercatoris apothecas suas  
 habent, adsumtque varia Monasteria, inter quæ Urse-  
 linarum Domus primum obtinet locum.

Urbs ipsa inter duo Suburbia collocata est, quorum unum  
 Mercatus: Du Marché: alterum S. Paterni Suburbium dicitur.  
 In Suburbio Mercatus visitur Jesuitarum Collegium  
 cujus Templum S. Josephi dedicatum magnificentum est; et  
 Capucinorum Conventus: Suburbium vero S. Paterni ce-  
 lignant Ecclesia parochialis, Dominicanorum Conventus,  
 et magnus Xenodochium.

Communis opinio est S. Paternum, qui saulo VI. floruit,  
 atque an. 490. in hac Diocesi natus, an. 579. obiisse dicitur,  
 primum hujus Urbis fuisse Episcopum, saltem ante ipsum  
 nullus memoratur, qui hic Episcopus fuerit. Est supra-  
 ganeus Archiepiscopi Turonensis, Comitisque titulum sibi  
 vindicat, atque ex parte Urbis dominatur in civilibus.

Cives inter alia cum ferris in contos dibuto, quod à provin-  
 cia vestris recipiunt, negotiantur, item cum Sardalis et  
 congris optimis.

Non procul ab Urbe visitur inter alios Campus, in quo ex ve-  
 ritate plebis sententiâ et opinione Striges seu Saga con-  
 ventus suos seu Sabbata et choreas agunt; hujus rei argu-  
 mentum esse dicunt, quod herba, qua in hocce campo crescit,  
 semper adusta sit, cum tamen vicinorum camporum herba  
 juvenidè vivunt; at ad Campi illius solo attribui potest,  
 et quia in multis videtur mirum, facile fingi potuerunt  
 maligni spiritus seu Striges, qua illius causa sint.

2<sup>o</sup>. Blavetum seu Blavia: Blavet: modo Portus Ludovi-  
 ci: Port Louis: Blavia vetus ad ripam Blaveti: Blavet:  
 fluminis in Inferioris Britannia littore Meridionali ad  
 Occidentem Venaticarum posita Urbs olim munitissima et  
 satis celebris; at modo devastata, ejusque memoriam pe-  
 nè delerit Blavia seu Blavetum novum Portus Ludovici  
 Port Louis: nuncupatum ad ostium Blaveti fluminis me-  
 dia lencâ infra vetus Blavetum situm. Urbem hanc Ludovici  
 Arca et propugnaculis munitur Ludovicus XIII. nomine  
 que sub, cum prius etiam Blavia seu Blavetum diceretur,  
 Portum Ludovici appellari voluit, quod hactenus retinuit.

Portus ejus optimus est, et ad eum maxima etiamnum  
 naves facile appellant, necnon ad ima sinus illius et locum,  
 qui Oriens: Orient: dicitur prope Scoffi: Scoff: fla-  
 minis ostium penetrant. Blavet ab an. 1666. Societa-  
 tis Indica apotheca proximèque sedes est. Hic quo-  
 que loci magna primum ordinis naves Regiæ commodè  
 constaurantur, quod vicina provincia vastissima habe-  
 ant sylvas, qua aptissimas ad opus istud arbores in magna  
 copia subministrant. Hujus Urbis commercium consistit  
 in sacris et congris piscibus.

De Insulis Britannia adja-  
centibus, et ad eam pertinentibus,

1<sup>o</sup> Inobis miliaribus à littore Diocesis Treverensis et quin-  
que ab Urbe Treveris versis Septentrionem Insula parva visun-  
tur, quae cum numero Septem sint Septem Insulae | Les Sept  
Isles | nuncupantur, periculosis rupibus ac scopulis circumda-  
tae. Haec sunt Insulae illae, quae apud Veteres Siade et Dya-  
data vocabantur.

2<sup>o</sup> E regione Brestiae ad litus occidentale Britanniae  
aliae exiguae numerantur Insulae, quarum maxima et praes-  
cipua est Uxantus, Uxantis, Uxantisina, Uxantis, Uxan-  
tisina, et apud Plinium Uxantis seu Axantos | In-  
cipiant | Cum haud procul à Brestia sita sit Pharus ha-  
bet, quae navis de nocte ejus Portui appropinquantes in  
cursum suo dirigat, viamque demonstrat. Titulo Mar-  
chionatus gaudet, ipsiusque ambitus est octo miliarium.  
In ea sunt quidam pagi et Castellum munitum  
quod illam à piratis tutam praestat.

3<sup>o</sup> Inter alias adhuc minutas Insulas, quae Britannia  
littus meridionale occupant, sola memorari hic meretur  
Calonesus | Belle Isle | à regione Venetiarum posita et seu  
à Continente miliaribus. Calonesus antiquum illius no-  
men est, quod à Graeco Latine redditum Formosam Insu-  
lam significat, Galice Belle Isle. Rupibus ac scopulis un-  
dique cingitur ita, ut in aliquibus tantum locis in eam ex-  
surgendi possit. Propugnaculis et tormentis bellicis appri-  
me instructa est, eique viginti duae et interdum plures pedi-  
tum centuriae seu cohortes sunt praesidio. Quatuor in ea nu-  
merantur Barochiae.

Portum optimum habet,  
quem, prout rupes et scopuli Insulam ipsam, aere munitissi-  
ma tuetur; praeter eam aliquot adhuc adhaerent Castella.  
Celebrem etiam efficiunt Salinae, quas habet optimas. Ti-  
tulo Marchionatus vel Comitatus gaudet. Ab ea nomen  
habet Comes ille de Belle Isle, quem bello praeterito, ubi  
quinque Reges una cum Imperatore Barbaro Carolo VII. Impe-  
ratricem modo gloriose regnantem Mariam Theresiam  
regnis suis et ditionibus spoliare perperam tentarunt, ~~adversus~~  
adversus eandem edita facinora facinorum reddiderunt, quae  
tamen infortunium aliquod satis infeliter clausura videtur.  
Comes iste ab Imperatore Carolo VII. in Savi Romani Impe-  
rii Principum ordinem cooptatus, et ab eo sub legati titu-  
lo ad Regem Borussia Berlinum missus, improvide per Regis  
Angliae ditionem Hannoverianam transeurus ibidem captus,  
ac in Angliam deductus est. Anno 1761. mense Junio  
Angli, quibus cum Rege Galiae Louis le Grand erat, illam  
occuparunt. In praeterito Bello, quod inter ipsos et  
Gallos viguit, Dennis illam occuparunt, et rursus  
intra iterum illam Galis reddiderunt, recepta  
ajunt loco Minorica Insula, quam eis prius Galis  
occuparunt.